

li, contemnunt, & barbaros appellant: cū sint ipsi tamen nunc Hispanis, nunc Gallis, nūc Germanis præde expositi, & planè domina gētium redacta sit in seruitutem.

De Sicilia.

Sicilia Romanorū horreū, sexcentis ac duo deuginti passuū millibus ambitu patet, à Possidonio, quem sequit̄ Diod. Siculus, stadijs quater mille & quadringētis definitur, quondam Brutio agro cohærens, mox, interfuso mari auulsa ad mille & quingentos freti latitudinis passus: in eōq; uorticoso freto Scylla & Charybdis, ambo clara scūtia. Primi eā habitasse ferūtur Ibe ri duce rege Sicano, unde dicta Sicania. Successit Siculus Neptuni filius cū amplissima Græcorum manu. Trianguli figura tribus promontorijs Peloro, Pachyno & Lilybeo clauditur, atq; ob id Trinacria ueteribus appellata.

De Sardinia.

Sardis Hercule procreatus, cū magna multitudine à Libya pfectus, Sardinia occupauit, & ex suo uocabulo insule nomen dedit. Hæc in Aphrico mari, facie uestigij humani, tam in Orientē quàm occidentem latior prominet, ferme paribus lateribus, quæ in meridiem & septentrionem uergunt. Terra patēs in longitudine miliaribus 140. In latitudine 40. In ea neq; lupus, sed solifuga tantum animal exiguum, hominibus perniciosum inuenitur. Venenū quoq; nō nascitur ibi, nisi herba, per scriptores plurimos & poetas memorata, Apiastro similis, quæ hominibus risum cōtrahit, & quasi ridētes interimit. Fontes habet Sardinia calidos, infirmis medelā præbentes, furibus cecitatē, si sacramēto dato, oculos aquæ eius tetigerint.

De Corsica.

Corsicę insulæ exordium Ligures dederunt, appellātes eam ex no-

mine ducis. Nam mulier quædam Ligur Corsica nomine, cum taurum ex grege, quę prope littora regebat transnatare solitum, atque per interualla, corpore aucto, remeare uideret, cupiens scire incognita sibi pabula, taurū ē cæteris digredientem, usque ad insulam, nauigio profecuta est, cuius regressu, insule fertilitatem cognoscentes, ligneis ratibus illic profecti sunt, eamq; nomine mulieris autoris, & ducis appellauerunt. Hæc Græce Cyrene dicitur, à Cyrno Herculis filio in habitata.

Propriorum quorundam Italicorum nominum uulgaris interpretatio.

Histria	Histericb
Tergestum	Triest
Forum Iulium	Friul
Athesis	Etsch
Tridentum	Trient
Patauium	Padua
Ticinum, Papi	Paphi
Mare Adriaticum	Venetum
Nicæa	Nisa
Genua	Genoua
Etruria	Toscana
Neapolis regnum	Terra laboris
Pastum	Polycastro
Leucopetra	Bona
Lacinium promont.	Colone
Tarentum	Taranto
Hydrus Hydruntum	Otronto
Brundisium	Brendesum Branditjo
Sipus Sipontum	Siponto
Apeneste	Manfredonia
Peligni	Abrucini
Piceni	Marca Anconitana
Potentia	S. Maria de loret
Pisaurum	Pesero
Ariminum	Rimino
Galli Boij	Romandiola, Romagna
Padus	Po
Lacus Benacus	Garde lacus
Carni	Marcha Taruifina
Sclauonia	winden
Aquileia	Algar

Bb 3

Cano